

## CIRCARIAE VADEGOTIAE ET ILFELDIAE

Ambae Circariae quidem seiunctim inseruntur, sed quoad sequentes notiones generales eas coniungendas esse duximus.

Primitus, teste catalogo primo Ninivensi, Circaria Vadegotiae sola existebat. Sed anno 1224 canoniae Ilfeld et Vessra a Saxonia se separabant et Vadegotiae sunt adscriptae, ita ut nimia facta fuerit extensio huius circariae. Ideoque, ut legimus in eodem catalogo Ninivensi, paulo post Capitulum Generale decrevit: „Cum propter remocationem et distanciam ecclesiarum ab invicem Circaria Wadegocie a visitatoribus annuis minime valeat visitari, de consilio diffinitorum predictam circariam divisimus.“ . . . et quidem in Vadegotianam et Ilfeldensem.

Non obstante separatione, ambae circariae generatim cumulative administrabantur, praevalente semper Vadegotiana. Nonnisi raro Ilfeldia agit sola<sup>1</sup>.

Satis extensa nihilominus manebant ambae Circariae. Vadegotiana, in

<sup>1</sup> Quod clare patet ex KÖHLER, Ilf. Regesten



## Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

occidente potius et versus meridiem, complectens 12 monasteria virorum et totidem sororum, extendit se in partes Palatinatus et Hassiae, id est, in dioeceses Moguntinam, Wormatiensem et Trevirensim. Ilfeldensi vero, versus septentrionem et orientem sitae<sup>8</sup>, adscriptae erant 7 domus virorum et 16 monialium, dispersae per Thuringiam, Franconiam et Hassiam superiorem, et quidem omnes sitae intra fines dioecesum Moguntinae et Herbipolensis, ad quorum territoria saecularia etiam haud paucae pertinuerunt. Vadegotiana immo appellata est aliquando „Circarie Maintz“ (cf. E. Valvekens, Vis. can. p.168)

Inter propagatores ordinis his in regionibus laudandus est praesertim Ludovicus Comes Arnsteinensis, dein praetermittere nolumus Godefridum Comitem Cappenbergensem et fratres eius, neque Ottонem Episcopum Bergensem, Comites de Hohnstein, de Henneberg, Wernerum de Bolanden et alios.

Fines harum circariarum non fuerunt stabiles nec sunt omnino certae. Alterheiligen et Hagenau tum pertinebant ad Vadegotianam tum ad Suevicam. Altenberg initio Vadegotiae adscripta erat, dein vero Westfaliae. Brunnenburg ab Hugo in suis Annalibus etiam Vadegotiane attributum, revera ut filia proxima de Arnstein ad Westfalam pertinuit ibidemque a nobis insertum est. De parthenone Wirberg in Hassia, in omnibus fontibus ordinis deficiente, suspicari tamen possumus saltem ex situ eius eum ad Vadegotiam pertinuisse. De paternitate in Hachbornense asceterium disputabant saeculo XV abbates de Cappella et Ilbenstadiensis, ideo, quia parthenon generatim quoad circariam est secutus patri abbatii, non fuit certum, utrum ad unam an ad alteram circariam pertinuerit.

Ambae Circariae nomen suum habent de praecipuis maximisque earum canoniis, quae vero sitae erant in margine earum. Vadegotia in limitibus Galliae in extremo occidente, Ilfeldia in septentrione longinquo, ambae sat distantes ab aliis canoniis, quibuscum initio nec vinculum paternitatis nec alia organica unio eas ligavit.

Spieskappel, Wadgassen et Rotenkirchen iam ab initio fuerunt abbatiae. Iure pontificalium generatim non gaudebant praelati praeter paucos praecipue a saeculo XVII. Magnus est numerus parthenonum. Nullibi tam aperte decreto de aboliendis asceteriis opponebatur quam his in circariis. Ilbenstadt et Oberzell usque ad medium saeculum XIII, et Spieskappel adhuc diutius manserunt monasteria duplia in sensu primitivo. Fere omnes canoniae saeculo XII fundatae habuerunt sua asceteria, aliquo quidem translata, sed arce illis adnexa usque ad suppressionem. Multoties parthenones fundati sunt omnino independenter a canoniis virorum, et facti sunt domus ordinis spectabiles. Septem monasteria duplia fundata saeculo XII, extinctis saeculo sequenti vel XIV canonicis, versa sunt in asceteria. Parthenones genera-

## Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

tim nobilitati erant reservati, praesertim in Franconia et Hassia, magnum in detrimentum disciplinae.

Duo monasteria (St. Elisabeth et Bruderhartmannszell) orta sunt ex cellis eremitarum<sup>2</sup>, duo alia (Kaiserslautern et Hagenau) ex hospitalibus. Iam scimus saeculo XII Praemonstratenses saepius adhuc fuisse designatos tamquam „Ordinis Sti. Augustini“. Sed in Hassia hic mos videtur viguisse longe diutius. Promiscue domus ibi sitae praesertim asceteria, tum O. Praem., tum O.S.A. vocantur, ita ut autores indigenae, historiae ordinis consuetudinumque illius ignari, saepius ea falso Augustinianis attribuerent. Quod valet praesertim de Retters, Rode, Homberg, Eppenberg, Wirberg et aliis.

Nihilominus manet incertitudo hac de re. Nam reapse in hac regione plures canoniae et parthenones O.S.A. adhuc saeculo XIII ad ordinem nostrum transierunt, et plures illi aliquamdiu tantum adhaerentes, iterum ad pristinum ordinem sunt reversi. Paternitatibus pristinis in his circariis plerumque postea illa Praemonstrati est substituta.

Scientiae in his circariis medio aevo, et in superstitibus paucis canoniis et postea optime floruerunt.

Reformatione saeculi XVI, et facto quod Episcopi (praesertim Moguntinus et Herbipolensis), conventus collapsos et extinctos sibi arripuerunt nec eos umquam restituerunt, de his circariis Vadegotiana et Ilfeldensi circa annum 1600 nihil superfuit nisi Wadgassen ipsa, ambo Ilbenstadt et ambae Cellae, quae omnes provisorie tunc adjunctae sunt Circariae Westfaliae. Cum spes ordinis, domus has perditas umquam recuperandi pace Westfalica anno 1648 facta sit irrita, haec unio trium Circariarum facta est definitiva et legalis, quoad Ilfeldiam vero anno 1737 tantum. Canoniae supra laudatae floruerunt deinde usque ad revolutionem et saecularisationem, quae eas everterunt.

Aedificia mediaevalia non multa supersunt, immo interitus totalis maioris partis canoniarum est plangendus. Manserunt tamen pulchrae ecclesiae romanicae in Ilbenstadt, Merzig, Enkenbach et Germerode, et ruinae similium in Vessa et Konradsdorf, ne praetermittamus ecclesiam in Kaiserslautern, in stylo transitionis constructam. De aedificiis claustralibus unum tantum spectabile est conservatum, nempe Oberzell.

---

<sup>2</sup> Hoc saepius in ordine contigit: Silly, Isledieu, Vicogne, Cockersand, St. Salvator et alibi.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## a) Vadegotia

BETHLENRODE v. Mariental

ENKENBACH B.M.V.

Enchen-, Enkin-, Yncken-, Incken-, Engken-, Einkebach, -pach.  
Inter Alsenborn et Frankenstein a.d. Hardt, Rheinpfalz, Dioc. Worms,  
nunc Speyer.

Monasterium duplex. Fundatum est anno 1148 a Ludovico comite de Arnstein et a Hunfrido equite de Alsenborn. Primi religiosi utriusque sexus venerunt ex Münsterdreisen et Mariental. Stetit abhinc sub paternitate abbatariae Münsterdreisen, sed interdum considerabatur ut „filia Praemonstrati“, aut ut filia de Arnstein. Hunfridus anno 1185 decrevit fundationem suam esse tradendam Ordini Cisterciensi, et quidem abbatii de Otterberg; inde litteres, quae decisae sunt anno 1190 ab Henrico Imperatore et Conrado episcopo Wormatiensi in favorem Praemonstratensium. Advocatia erat penes comites de Dhaun et Wartenberg, ab anno 1271 apud episcopos Wormatienses, ab an. 1404 vero apud Electorem Palatinum. E. fuit monasterium duplex sicut Retters, Bedburg, Wenau, Heinsberg et Germerode, ideo asceterium cum considerabili communitate virorum, quae et proprios professos assumpsit. Ecclesia eius est casus unicus in ordine, in cuius structura indoles specialis monasterii duplicitis clare appetat. Jure patronatus dependebant ecclesiae Eigersheim, Flörsheim, Freinsheim ULF, Freinsheim St. Peter, Hemsbach, Mehlingen, Milchbronn, Quirnheim, Rohrbach, Rüssingen, Schwanden, et capella castralis in Stauff. Insuper Alsenborn et Neukirchen, quas propriis canonicis administrabat. In chartis saec. XIII saepe occurunt „fratres et sorores“, versus finem saeculi XV autem moniales videntur fuisse extinctae. Anno 1496 praeter praepositum tres fratres tantum aderant, annis 1516/27 adhuc verbum fit de „canonicis professis“ in E. Hoc tempore res oeconomicae fuerunt in discrimine. Anno 1557 praepositus omnia bona tradidit principi electori Ottheinrich, qui monasterium suppressit an. 1564. Bona autem manserunt integra et administrabantur a gubernio. In decursu saeculi XIX alienata sunt. Monasterium deletum est, ecclesia per pulchra gothica, cuius tympanum portae praesertim est clarum, paulatim corruit. Anno 1705 addicitur Calvinistis, sed an. 1708 denus catholicis, qui patrocinium mutaverunt in Sti. Norberti. Hodie est splendide restaurata.

Archivalia: HStA München Rheinpfälz. Urkunden 386/401: 16/. dipl. 1245/1399 – StA Luzern Gattererapparat 20 dipl. 1221/1562 – LA Speyer F 1/6,

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

2/21, A 14, A 13, D 11, D 40 (Lagerbuch nr. 21 von 1527) – Heidelberg Stadtarchiv –  
Kath. Pfarrarchiv Enkenbach

Bibliographia: *Bavaria IV* 2, 178 – *De BUCK*, 113/17 – *Burg 503* – *DEHIO GALL Pfalz* (1951) 149 – *DHGE XV* 503 – *FREY III* 42 ff. – *GLASSCHROEDER Urk. Pf. KG* cf. ind. – *IDEM*, Neue Urkunden Nr. 285 – *GUDENUS I* 660 – *HHD V* 92 – *HUGO I* 647 – *KOLB II* 107 ff. – *KdB Pfalz IX* 162/97 – *LThK III* 692 – *RECLAM Kunstf. II* 89 – *REMLING II* 138/51 – *SCHANNAT I* 9, 163 – *STAMER* cf. ind. – *Sulzb. Kal.* 1877, S. 56/64 – *WAEFELGHEM* 82, 375 – *WIDDER III* 209, IV 213, 235 – H. *EBERHARDT*, Die Diözese Worms am Ende des 15. Jahrhs. *Münster* 1919, S. 177 – M. *FATH*, Das Westportal der Präm. Nonnenkirche zu E. (*Pfälzer Heimat*, Speyer, Heft 4 1970, S. 125) – D. *HAEBERLE*, Kloster und Dorf E. (*Pfälz. Geschichtsbll. IX*, 1913, 41 ff., 49 ff.) – F. *HAFFNER*, Kloster und Klosterkirche E., Enkenb. 1972 – E. *HAUSEN*, Die Präm. Kirche zu E. (*Jubiläumsjahrbuch des Pfälz. Gewerbemuseums* 1925, S. 99 ff.) – E. *LIND*, Pfälzer Urkunden im Staatsarchiv Luzern (*Arch. Zs. I* 1925, S. 33) – K. *LUTZ*, Besaß Enkenbach eine Doppelklosterkirche? Einflüsse der Klausur auf die Architektur (*JbG Kais Bd. 8/9* 1970/71, S. 93–111. Erweiterter Separatabdruck 1972) – *IDEM*, Enkenbachs Brüder u. Schwesternkirche im Spiegel ihres Festschrifttums und Jubiläums 1272–1972, (*JbG Kais 10/11* 1972/73. Erweiterter Separatabdruck 1973) – H. *MARTIN*, Pfarrei und Klosterkirche zu E., Kaiserslautern 1936 – *IDEM*, Zur Geschichte des Klosters E. (*Pfälzisches Tageblatt* 5–20. III. 1936) – F. *STICH*, Die Klosterkirche E. Ihre Baugeschichte und ihre Künstler (*JbG Kais. 8/9*, 1970/71, S. 90) – F. *WEBER*, Die Rechte des Klosters E. in Eigersheim (Nordpfälz. Geschichtsverein, Beiträge zur Heimatgesch. Rockenhausen 1957, S. 162/64) – *IDEM*, Aus Enkenbachs Vergangenheit. Grundlegung einer Ortschronik, 2. Aufl. Kaiserslautern 1960 – *ZGOrh II* 1851, 434 ff. *IBIDEM XXVII* 1875, 315 ff.

## 1. Praepositi (Haffner)

Diedo 1190	Johannes 1419/28
Hugo 1211	Emrich 1430
Ortlieb 1212/29	Heinrich v. Lichtenberg 1430/53
B . . . ca. 1250	Johann Lutherdank 1465/69
Otto 1253	Hermann Westermann 1477
Werner 1254	Antonius 1488
Johannes 1258/60	Ulrich Erngast 1490
Werner 1273	Anton Freulin 1497/1505
Nikolaus 1275	Johann Herzog 1507/09
Philipp 1307, 1322, 1327	Karl Gilbrecht 1515/40
Johannes 1348	Jakob Focht 1548/49
Petrus 1353	Michael Reybold 1549–57
Johannes 1367	+ post 1572
Bertolf(-old) 1390/1412	Johannes 1562/64
res. ante 1419, obiit ca. 1422	

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## 2. Magistrae

Agnes 1275/78  
Betza 1352

Agnes v. Kirchheim 1392  
Agnes b. Breidenborn 1397/1439

GOMMERSHEIM B.M.V. et S. Joannis Evangelistae

Gommers-, Gummerszheym, -hem.  
Prope Gauodernheim, Rheinhessen. Dioc. Mainz.

Parthenon fundatus anno 1146 a Ludovico comite de Arnstein, de fundo quem ei Episcopus Metensis illic donaverat. Fuit abbatii Arnsteinensi subditus. Praepositus residebat solus vel cum uno confratre socio apud vicinam ecclesiam Petersberg, quae praepositura cum G. quoad omnia fuit unita sæd vix erat domos formata. Ibi tamen apud moniales residebat prior. Anno 1197 occurrunt: „clericis fratres et sorores“. Ex qua mentione concludi licet, G. non quidem hoc tempore fuisse monasterium duplex, sed tamen plures canonicos vel conversos ibi degisse. Anno 1565, cum adhuc tres tantum moniales ibi fuissent, suppressum est a Friderico Electore Palatino. Anno 1635 ibi fuit „domus recreationis“ ipsius Electoris, monasterium ad hoc fuerat renovatum, sed ecclesia iam valde erat desolata. Annis 1644/48 bona asceterii parthenoni cuidam Cisterciensium in urbe Wormatiensi fuerunt tradita. Saeculo post iam fuit ruina totalis, anno 1882 ultima rudera sunt remota.

Archivalia: StA Darmstadt: 5 dipl. 1448/1563, 1 Konvolut Urk. XV/XVI s. Computus 1485, Copiarium 1555, 163 Regesten 1145/1565.

Bibliographia: BAERSCH 155/56 – BECKER 40, 315 – de BUCK 117/21 – DHGE XIX – FABRICIUS II 346 – GOVAERTS IV 219 – GROTE 182 – GUDENUS I 660, II 13, 26 – HUGO I 787 – LEHMANN BROCKHAUS 447 – LThK IV 574 – WAEFELGHEM 105, 377 – WAGNER Geistl. Stifte II 74/80 – WUERDTWEIN Mon. Pal. V 400, 425/40 – ZAK PAM 8 – C. EINSFELD, Geschichte von Gauodernheim, 2a ed. Mainz 1957 – C. A. SCHaab, Geschichte der Stadt Mainz, M. 1841/51, IV 112/12 – N. SCHLIEPHAKE, Geschichte von Nassau, Wiesbaden 1866, I 221 – C. F. WAGNER, Die Wüstungen im Ghzm Hessen, Darmstadt 1865, 10ff. –

Nomina duarum magistrarum tantum sunt nota ex HUGO I 789: Algendis 1271, et Apollonia Keßler 14 . . .

HACHBORN SS. Joannis Baptistae, Cosmae et Damiani

Hachinborn, Havecheburnen, Hakeburnen, Habechburn, Hazbruna, Habe-theburg, Habelburg.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Prope Marburg, Hessen-Kassel, Dioec. Mainz, nunc Fulda.

Praepositura, fundata probabiliter anno 1186 a Gisone et Hartrado de Merenberg equitibus, qui tradiderunt praedium suum Hachborn abbatii Arnsteinensi, „ut ipsum locum ordinet secundum ordinem Praemonstratensem“. Existentia alicuius communitatis praeregularis est possibile, sed nullo documento probari potest. Adhuc anno 1349 fuit monasterium duplex, exinde monialium tantum. Ut de more, fuit reservatum nobilitati. Semper – ad minus a saeculo XIII – stetit sub paternitate abbatum de Ilbenstadt, qui anno 1493 de hac re contenderunt cum Spieskappel. Anno 1507 reformatum est a Congregatione Bursfeldensi OSB, ad cuius ordinem vero non transiit ut fecit asceterium Frauenbreitungen Anno 1527 suppressum est, usumfructum bonorum ab anno 1533 habuerunt hospitalia in Marburg, dein varii equites ad nutum lantgravi Hassiae, anno 1789 vero alienata sunt. Modesta ecclesia romanica nunc est parochialis protestantium, aedes claustrales praeter exigua rudera non iam existunt.

Archivalia: StA Marburg: ca. 250 dipl. 1189/1527 (quorum regesta publicata sunt a SCHUNDER); 8 voll. rentalia, computus, Kopiare, inventaria archivorum. – Univers. Marburg: cf. DERSCH – Aliqua pauca sunt in StA Darmstadt

Bibliographia: BAUR I cf. ind. – DEHN ROTFELSER LOTZ 86 – DERSCH 1:57, 2:64 – DIEMAR cf. ind. – DOBENECKER III 1950 – GROTE 200 – GUDENUS II, III cf. ind. – HUGO I 789 – REIMER II 2, 1261 – ROMMEL 1, 3 – WAEFELGHEM 105, 106, 377 – H. B. WENCK 2 UB, 92, 144 – Wyss I 1–3 – ZAK PAM 9 – DERSCH in Oberhess. Blätter 7. u. 28. 12. 1923 u. 5. 1. 1924 – K. MAY, Territorialgeschichte des Oberlahnkreises (Weilburg), Marburg 1931, S. 72 – F. SCHUNDER, Die oberhessischen Klöster. Regesten und Urkunden I, Marburg 1961 cf. ind.–

## Priores (Schunder)

Werner 1337, 1348	ab hinc praepositi:
Heinrich Furer 1381/86	Reinhard Gnyp 1473/82
Dietmar 1417	Heinrich Imhof 1492
Konrad 1440	Johann Muser 1514
Konrad Houbethreiff 1458/61 (idem?)	Johann Faber 1523
	Hermann Becker 1527

## Magistrae („abbatissae“)

Jutta 1247	Grete Vetzberg 1439/42
Lutmut †1336	Metze Döring 1458/61
Ida Milchling 1° 1338	Agnes Schenck 1465/79
Hedwig v. Deckensbach 1340	Jutta Mönch v. Buseck 1473/81
Ida Milchling 2° 1348	Lise Nordeck v. Rabenau 1482/92
Grete Vogt v. Fronhausen 1384/91	Barbara Lüder 1514/27
Gerthe Slunen 1396	

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## HAGENAU (B.M.V., St. Paulus et) St. Nicolaus

Hagenaw, -awe, -now, -owe, -enoa, -gnawe, -genoya, Hanogia, -noia, -ovia, -gnowa, Hodie vocatur Hagenau.

In vico dicto „Außerstadt“ civitatis Hagenau, in Alsatia. Dioec. Straßburg, nunc in Gallia, usque in finem saec. XVII in Germania.

Praepositura. Cum capella, quam Fridericus Aenobarba Imperator in castro suo ibidem construxerat, facta esset locus peregrinationis, ipse Imperator anno 1164 xenodochium et hospitale ei adiunxit, quae opulenter dotavit. Anno 1189 hospitale tradidit Ordini Praemonstratensi. Ex qua abbatia, nescitur. In antiquis catalogis insertur antiquissimo, scilicet Niniveni I (ca. 1240) Circariae Vadegotiana, ex quo licet concludere, abbatiam matrem fuisse Wadgassen. In Veteri Registro (ca. 1270) inscribitur simul Westfaliae et Sueviae, in Cat. Tongerloensi (ca. 1300) autem simul Sueviae et Vadegotiana. Ex quo elucet, hanc domum paternitatem mutavisse saepius, et cum ea etiam circariam. Subditum fuit certe a saec. XIV paternitati abbatiae Allerheiligen, et ad tempus forte cuidam canoniae ignotae Circariae Westfaliae. Numquam erant ibi plus quam 4–5 canonici, qui se „conventum fratum domus hospitalis in Hagenowe O. Praem.“ nuncupare solebant. Nihilominus praepositura fuit semper domus sui juris, propriis bonis et proprio conventu praedita. Parochiae in corporatae: Hagenau St. Nikolaus, Ballbronn et an. 1413 capella in Illwickersheim. Anno 1503 erat depauperata, redditus annui non excesserunt 90 Libras. Praepositus Henricus Wolff paulo post omnia fere bona canoniae vendidit. Anno 1535 canonici monasterium suum tridderunt magistratui civitatis pro pensione solvenda, tamen manserunt in loco. Anno 1542 tentamen, ad hanc ecclesiam transferendi capitulum collegiatum Surburgense, non successit. Anno 1579 ultimi religiosi domum dereliquerunt. Anno 1643, Allerheiligen eam recuperavit. Anno sequenti adnexa est Circ. Sueviae, et anno 1652 denuo fit sui juris. Anno 1670, cum iam habuerit 4 canonicos, 2 fratres clericos et unum conversum, abbas Steinfeldensis reclamavit Hagenau pro Circaria Vadegotiae – tunc de facto cum Westfalica unitae – sed frustra. Anno 1686, ex insufficientia dotationis, in simplicem prioratum proprio conventu carentem est reductum et quidem Vadegotiae subditum. Paulo post incorporationem civitatis in regnum Galliae (1689), denuo separatur a Vadegotia, fit iterum sui juris a praeposito rectum. Anno 1738 a Capitulo Generali iterum subditur paternitati Vadegotiae, sed simul aggregatur Circariae Campaniae. Status personalis 1504:8, 1721:9, 1757:6, 1773:4 professi proprii, et duo ex Vadegotia. Anno 1790 suppressum est. Ecclesia, quae antiquitus vocabatur „Weiße Herrenkirche“, nunc est parochialis, in monasterio habitat parochus. Anno 1944 omnia combusta, sed deinde reparata sunt.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Archivalia: Arch. Dep. Bas Rhin, Strasbourg: 21 fasc. (H 1219/38) – Arch. Municipal, Haguenau GG 10/11 – Bibl. Mun. Nancy MS 992 IX 7/10 – Vide etiam apud Allerheiligen et Wadgassen.

Bibliographia: BURG 310 – Cap S cf. ind. – GROTE 202 – HUGO II 359/66 – Lettr. com. Jean XXII 19560 – LThK IV 781 – LIENHARDT Eph. Hag. 105, 115, 170, 268, Auct. 48 – PRESSUTTI 2830, 3343 – RegImp VI 1, 183; VI 2 342; XI – RepGerm III 139, IV 933 – SCHOEPFLIN I 291, 315 – STUMPF BRENTANO 4517, 474 – WAEFELGHEM 107, 377 – H. BAIER, Die zeitgeschichtlichen Aufzeichnungen des Propstes Norbert Hodapp von Allerheiligen 1640/53 (ZGOrh LXXI 1917, 98/119) – M. BARTH, Handbuch der elsässischen Kirchen im Mittelalter (Arch. de l'Eglise d'Alsace XI/XIII 1960/63, XI) 499/503 – F. BATT, Das Eigentum zu Hagenau im Elsaß, Colmar 1876 – H. BLOCH, Regesten der Bischöfe von Straßburg II, Innsbruck 1928, 762, 763, 871, 1768, 2182, 2502 – J. M. CLAUSS, Histor. topograph. Wörterbuch des Elsaß, Zabern 1895, pp. 62, 430 – L. DARAS, Archives de l'Abbaye de Haguenau (An. Norb. 1885, pp. 235/36, 248/53) – IDEM, L'Ordre de Prémontré et la civilisation d'Alsace Lorraine, ibidem nr. 259/63 – Ph. A. GRANDIDIER, Nouvelles œuvres inédites (Alsatia Sacra)edd. INGOLD, Colmar 1899, IV 2, pp. 99/103 – V. GUERBER, Histoire politique et religieuse de Haguenau, 2 voll. Rixheim 1876, II 93/111 – W. GUNZERT, Das Hagenauer Kirchenleben im ausgehenden Mittelalter (Schriften des wissenschaftlichen Instituts der Elsaß-Lothringer im Reich Bd. 16) Frankfurt 1936 – C. HANAUER, Cartulaire de l'Eglise de St. Georges de Haguenau, Strasbourg 1898, p. 579 – IDEM, Cartulaire de St. Nicolas de H. (opus nec finitum nec editum, 96 paginae sunt impresaæ, quorum extant adhuc 4 exemplaria in Archives du Bas Rhin Argentorati, in Bibl. Univ. et Seminarii Maioris ibidem, in Bibl. Municip. Hagenau) F. X. KRAUS, Kunst und Alterthum in Elsaß Lothringen, Straßburg 1876, I 84/86 – J. SCHMIDLIN, Die Genreformation im Elsaß (Arch. f. Elsäss. Kirchengesch. XVII 1946, 202). –

## Series praepositorum

Hugo, Bloch, Guerber, Arch. Municipale et Hospitale in loco.

Wolmar 1189/1229 <sup>2</sup>	Johann Fessiger 1350/56
Eberhard 1229/68	Siegmund 1359
Johann König 1268/91	Wilhelm 1364/68 <sup>2</sup>
Heinrich –1307	Werner Boecklin 1375
Konrad v. Pfaffenhofen 1307–	Jakob v. Wickersheim –1385
Gottfried 1311	Johann v. Lambertheim 1388/94
Siegmund 1313	Eberhard Hölderbaum 1394
Simon 1326–1337?	Friedrich v. Wickersheim 1401/12
Johannes 1328, 1341/43	Gottfried 1416/19
Volkwin 1343	Leo Zorn gen. Schultheiß 1°

<sup>1</sup> Secundum HUGO II 363 fuit abbas.

<sup>2</sup> Anno 1367 fuit visitator circariae Vadegotiae (HAFFNER, v. Enkenbach 31). Quod indicat, canoniam hoc tempore fuisse alicuius ponderis, tamen plus quam crebra mutatio superiorum demonstrat, eam semper fuisse versatam in penuria et discrimine.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

1420/38	Johann Wolff 1540/56, †1570
Nikolaus v. Luttern 1439/45	Athanasius Schlecht 1643/51
Leo Zorn 2° 1448	postea abbas in Allerheiligen
Gottfried v. Pfaffenhofen 1449/57	Milo Kaiser 1651–74
Johann Ulrich 1457–	Hugo Sinoth 1674–98
Sigelin 1461/67, 1478	Joseph Seitz 1698–1700
Johann Hegen 1472, 1486	Friedrich Schmitz 1700–06
Simon Kornkauff 1481/91	Norbert Bonn 1706–17
Johann Kobe 1491/97	Ferdinand Kraus 1717–26
Heinrich Wolff 1502/21	Franz Schwarz 1726–45
Arbogast v. Sulzbach 1525	Joseph Klein 1745–75
Karl Johann Schwitzer 1515, 1529, 1535/40	Joh. Bapt. Bordier 1775–84
Clovebold 1530	postea abbas in Wadgassen Georg Hammes 1784/93 †1795

## HANE B.M.V.

Juxta Bolanden, cui civitati hodie est incorporata sub nomine „Klosterhof“  
Rheinpfalz, dioc. Mainz, nunc Speyer.

Cella Bolande, Bolanden, Haguene, Hagen, Heyne, de Indagine.

Monasterium duplex ordinis canonicorum Sti. Augustini, fundatum anno 1120 per Wernerum I de Bolanden et uxore sua Guda, quae fundatio perfecta fuisse videtur anno demum 1129. Filia de Springiersbach, quae domus ad sic dictum „Ordinem Novum“ pertinuit, ex qua processit et canonia Steinfeldensis. Anno probabiliter 1133 Norbertus, fundator ordinis et archiepiscopus Magdeburgensis venit in Bolanden ad vindicandas vineas, quae metropoli suae fuerant propriae et quae a dominis de Bolanden, fundatori scilicet nostri monasterii, tunc fuerant occupatae. Post mortem fundatoris illi forte infensi, anno nempe 1135 conventus transiit ad ordinem Praemonstratensem. Censemus monasterium iam antea fuisse duplex, et sorores iam paulo post transitum fuisse collocatas in Rotenkirchen. Canonici dein construxerunt in Hane magnam ecclesiam, cuius fundamenta nuper sunt revelata. Versus annum 1180 autem tenderunt in Rotenkirchen, monasterium Hane denuo linquentes sororibus. Quod Lucius Pp. III anno 1182 confirmavit. Hane fuit abhinc asceterium opulentum et nobile sub paternitate abbatum de Rotenkirchen. Praeter magistram habuit et priorissam. Archiepiscopus Moguntinus an. 1189 declaravit hanc domum esse a sua sede dependentem. Anno 1193, Henricus VI Imperator eam posuit sub speciali tutela imperii. Anno 1250 numerus monialium restrictus est ad 50. Secundo dimi-

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

dio illius saeculi ibi vixit venerabilis Christina „a Christo“, quae in posterum erronee addicta fuit parthenoni Retters. Anno 1525, cum octo tantum adfuerint moniales, devastatum est parthenon a rusticis. Tamen vita communis adhuc refloruit. Anno 1564 suppressa est domus, ecclesia fit lutherana. In bello XXX annorum et anno 1689 a Gallis diruta est et concremata, sed iterum reconstruitur. Anno 1706 ecclesia profanatur in horreum, nunc vero optime est restaurata. Monasterium est praedium et fabrica farciminum.

Archivalia: LA Speyer 7 dipl. 1419/1527; Copiale saec. XVI continens dipl. saec. XII/XVI, F 1 Nr. 18, et A 13 – HStA München: 8 dipl. 1129/1364 (Rheinpfälz. Urkunden Nr. 102/18)

Bibliographia: BACKMUND MaGSchr 89/94. Ibi adducitur tota bibliographia de venerabili Christina – Baudenkmal. Pfalz V 171/79 – BECKER 85 – FREY III 257 ff. – GLASSCHRODER UrkPfKG I 628, II 391 – GRAUWEN Norbertus Aartsbis. 167, 169 – GROTE 21 – HÄBERLE III 79 – HHD V 53 – HOPP 116/17 – HUGO I 631 – KÖLLNER 321/25 – KDB Pfalz VII (1938) 195/203 – NEUBAUER Nr. 63, 134 – PFLUGK/HARTUNG II 384 – Reg. Imp. V cf.ind. – REMLING II 151ff., 359, 373 – SCHANNAT 165 – STAMER II cf.ind. – STUMPF BRENTANO II 4824 – WAEFELGHEM 106 – WIDDER III 244/48 – ZAK PAM – N. BACKMUND, Das Kloster Hane (Hagen) b. Bolanden, Anal. Praem. LVI 1980, 103/04 – W. FABRICIUS, Die Herrschaften des unteren Nahegebiets, Der Nahegau und seine Umgebung, Bonn 1914 p. 405 – J. E. GUGUMUS, Die Handschrift Vatican. Latin. 4763 der Vatikan. Bibliothek (Bll. f. Pfälz. Kirchengesch. XXVI 1959, 133/45) – E. JAKOB, Untersuchung über Herkunft und Aufstieg des Reichsministerialengeschlechtes Bonlanden, Gießen 1936, p. 17 – R. KRAFT, Das Reichsgut im Wormsgau, Darmstadt 1934, S. 163 (AmrhKG XII 1960, 75/95) – K. OBRY, Die Herren von Bolanden und ihr Hauskloster. 850 Jahre Kloster Hane (1129–1979) in: Donnersberg Jahrbuch, Verlag Arbogast 1979 S. 102/08 – (IDEM), 1129–1979 800 Jahre Reformbasilika Hane Bolanden, Bol. 1979 – F. PAULY, Springiersbach, Geschichte des Kanonikerstiftes und seiner Tochtergründungen im Erzbistum Trier von den Anfängen bis zum Ende des 18. Jahrhunderts, Trier 1962, S. 1–14 – V. RÖDEL, Der Besitz Werners II von Bolanden (1194/98) in: Pfalzatlas hsg. v. W. ALTER, Textband H. 30, 1980 – J. SEMMLER, Zu den Anfängen des Augustinerchorherrenstiftes Bolanden (Bll. f. Pfälz. Kirchengesch. 1957, S. 145–49) – M. STIMMING/B. ALTMANN, Mainzer Urkundenbuch Bd. I, Mainz 1923, Nr. 558, 602; Bd. II bearb. von P. ACHT 1968/71, Nr. 221, 252, 449, 511.

## Series praesulum et priorissarum

(LA Speyer)

### 1. Praepositi

Stephanus 1160/82	Wernherus 1293
Reginbodo 1190	Inseri nequit:
Hugo 1120/24	Arnaldus praep. Bolandensis
Heinricus 1250/65	Obit. Prémontré I
Gotsmannus 1287	4. IV
Godebertus 1293	

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## 2. Priorissae (magistrae, abbatissae)

Cunegundis 1284	Elisabeth Spitzcas-Waltermannshausen 1474
Clementia 1293	
Elisabeth v. Sponheim ca. 1320	Anna v. Modersbach 1479/80
Else von der Nollen 1394	Margareth v. Merlawe 1500/07
Byhel 1425/26	

## JAKOBSBERG

Mons Sti. Jacobi, Mons Speciosus, Schönberg  
in monte dicto Drususberg prope Moguntiam, Dioc. Mainz

